

Wf
665



h. b.

I
I



2.
IN NATALEM XXXI.

ILLUSTRISSIMI AC CELSISSIMI
[Principis ac Domini,

Dn. JOHANNIS
PHILIPPI,

DVCIS SAXONIÆ, IVLIÆ, CLIVIÆ
AC MONTIUM, LANDGRAVII THURINGIÆ,
Marchionis Misniæ, Comitis de Marca & Ravenspurg,
Domini in Ravenstein, &c.



ALTENBURGI,
IN OFFICINA ILLUSTRIS,

Anno,

OS M DC XXVII. SO.

ANNO MDCCLXXV

INSTITUTIONI ACADEMICA

PHILOSOPHICA

DR. JOHANNIS

PHILIPPI

D. V. C. S. SAXONIAE CIVIS

AC. MONASTII LANDGRAVI THURINGIAE

Magistri

Doctoris



ALLENBERG

IN OFFICINA LEONARDI

1775

MDCCLXXV

M
H
L
H
S
In
N
E
H





*Qui regnat Magnus, Major, qui in pace gubernat,
Maximus aſt horum, qui pietate regit.
Teſtis regnorum facies, qua triplice ſorte
In ſacris nobis conſpicienda venit.
Magni Reſtoris, magna eſt celebratio Saulis,
Quod gentis geſſit ſceptra priora manu.*

*Major prudentis Salomonis fama coruſcat
Ob nitidi regni tempora pacifica.*

*Hi verò exuti verà pietate peribunt,
Quemvis extollit Religionis honos.*

*Qui pius imperium geſtat, ſupereminet omnes,
Et totam in ſummà ſede refulget humum.*

*Hoc magnum triplex in te reſplendet abundè,
Princeps, & mirum te facit, eſſe Ducem:*

*Sceptra priora geris populi, Patris emula Virtus,
Et noſtri evadis gloria magna ſoli.*

*Inſuper in dulci concedis pace quietem,
Et tibi proſpectè deteriora caves.*

*Nec ſatis: accedit Pietas, qua lumine mentem,
Illuſtrem illuxit lucidiore ſuo.*

*Ergò age, qui gaudes tali ſub Principis umbrà
Vivere, & irruptà Religionè frui;*

*Hac requieſce die mecum, & pia vota refunde,
Natalis redeat ſepius ipſa DUCIS.*

Ægidius Hunnius D.

A 3

Si

Magnanimū heroum quis facta celebra nescit
Saxonix, Magni qui progenies *W*itekindi?
Atlantes pietatis, iustitiæ; sacra mundi
Sydera, quos decorant virtus, prudentia, fama.

Rex erat expertus, patrijs fortissimus armis,
Qui primū coluit falsū simulacra Deorum,
Conversus Christum coluit fervore fideq;

Armipotens Elector erat primus, FRIDERICUS,
Lipsia cui solvit laudes Academia gratas.

Dux erat insignis, clarus virtutis honore,
Progenuit FRIDERICUM, vix bonitate, secundum,
Ulli: hic prædones domuit profugos, furiosos,
Pacifigus pacem patriæ donavit amœnam:

Religiosus eratque ERNESTVS, præda petita
Kauffungo, nullus quo quis furacior unquam,
Sed justas meruit pro tanto crimine pœnas.

Quis FRIDERICVS erat sapiens? pius atque modestus,
Cæsaris oblatam renuit portare coronam
Septemvir vivax, largus fundator & autor
Leucorei ludi, tot ubi miracula renatæ
Edita doctrinæ, celebrant quam laudibus omnes.

Fratri successit frater pius ecce JOHANNES!
Confessor fidei, Princeps bonus atque benignus.

VERBI JAN FRIDERICVS erat defensor acerbus
Virtutum speculum, fama notissimus orbi.

JAN GVILIELMVS, avo, proavo, patre, digna propages:
Hoc genitore satus FRIDERICVS Ille *W*ILHELMVS,
Germanum decus, Imperij, Spes Orbis, ocellus.
Europæ, Themidis fulcrum, pietatis amator.

Hos imitare, facis quod, avos, proavos abavosq;:
Sic pius es Princeps, prudens, bonus, atq; beatus.

Humilime gratulationis ergo

Ludovicus Schalling, Conc. aul. &

Consistorij assessor.



S I liceat lacrymis acceptum æquare dolo-
rem,
Conceptoq̄ duas æquare dolore ruinas,
Cantandoq̄ pias adhibere ad utrumq̄ Ca-
mœnas:

Et flerem & canerem tantos talesq̄ dolores,
Et canerem & flerem tales tantasq̄ ruinas,
Quas modò vix uno Domus Altenburgica in anno
Sustinuit, dum sævum & inexorabile fatum
Abstulit ex Hominum numero Fratremq̄, Sororemq̄,
Illum FRIDRICUM Magnum, illam ANNAMq̄
MARIAM,

Quêis vix par alius, maior sit nemo reapse.
Quin etiam infandos hîc possem inducere motûs
Quos illa alluvies Bellorum in luminis oras
Produxit miseris ô bella ô bella cruenta
Vicinis nostris, paries ubi proximus ardet
Et se subtraxit gravibus pax fracta periclis!
Sed non ad lacrymas satis est mihi flebilis undæ,

A 3

Nec

*Nec dolor hic potis est tantas sarcire ruinas,
Nec valet ad tantos operosa Camœna dolores.*

*FANE PHILIPPE Pater Patriæ, qui mente se-
Et placitâ potuisti omnes perferre dolores (rena
Et poteris posthac tantas sarcire ruinas;
Vive diu, & felix Anno XXX. & I.
Cæsaris & magni nostri Electoris in umbra
Perge suâ sub vite & ficu quemq; tueri,
Et pacem firma, & Jus Iustitiamq; cuiq;
Distribue, ut meritas referat tua gratia Laurûs.*

*At tu magne DEUS, qui nos & pignora nostra
Promisti invicto te robore firmaturum,
Aspice nos te Sancte Pater tua signa secutos,
Nec patere antiquum Christjani nominis hostem
Nobis insultare, tuisq; illudere Verbis.*

Caspar Facius.



ULB Halle

3

004 973 682



TA 70L

10-17





IN NATALEM
ILLUSTRISSIMI AC
(Principis ac Do

Dn. JOHANNES
PHILIPPUS
DUCIS SAXONIÆ, I
AC MONTIUM, LANDGR
Marchionis Misniæ, Comitris de
Domini in Raver



ALTENBURG
IN OFFICINA
Anno,

1685 M DC XXV

